

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Narratio comica de amicitia Damonis ac Pythiae

Omichius, Franciscus

Noribergae, 1617

Actus III. Scena 7

[urn:nbn:de:bsz:31-138648](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138648)

Actus III. Scena 7.

PHILOTYRANNUS, PHILETUS, HYBRISTES, MISOPHILOSOPHUS, DION.

AN non dixi, hoc ita futurum? Scilicet animus mihi praefagiebat, hoc negotium successu minimè cariturum. Ego enim fallaciarum ejusmodi non vulgaris sum artifex. Evax, commilitones mei! benè rem gessi omnium nostrùm communi bono. Rex enim de capite plectendis nostris æmulis jam cepit consilium.

PHILET. Hunc nuncium multò sanè auro redimam. Ac videre gestio diem illum, quo iustas adversarii pœnas dabunt temeritatis suæ.

HYBRIS. Modò ne Rex sit in mora. Nam dubitando & dies prolatando magnæ opportunitates corrumpuntur.

PHILOT. Adeò in eos exacerbavi Regis animum, ut quàm ocyssimè illos perditum iri, confidam.

HYBRIS. Sed heustu: digito compefce labellum: ne fortè adveniens Dion sermones nostros exaudiat.

F 3 MISO

MISOPHIL. Ego, ne quicquam finis-
tri de nobis suspicetur, mellitis atq; ami-
cis verbis illum compellabo. Salvus sis
Dion, cognate atq; amice jucundissime.
Qui sit, quòd te hodiè in publico nondum
viderim? An minus bellè valuisti? Aut
aliud malum tibi est enatum? Ne quæso
me cela, quicquid sit. Ego enim vel vitam
tuâ causâ profundere sum paratus.

DION. Gratiam habeo, quòd ita in
me sis animatus. Caterùm & rectè valeo,
nec quicquam adversi mihi hodiè obtri-
git. Grave autem quoddam negotium
continuis aliquot horis mihi tractandum
fuit: De quo jam ad ipsùm Regem refe-
ram.

MISOPHIL. Ito sanè, mi cognate;
Jam enim in tempore ad Regem venies,
quod rerum omnium est primum.

At ego te aliam, quàm sperabas, mer-
cedem auguror accepturum. Nos
intrò eamus.



Actus